



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Instructorii Conscientiæ R. P. F. Lvdovici Lopez Ordinis Prædicatorvm ...**

In qua reliquæ materiæ quæ ad Instructionem Conscientiæ pertinent ex  
Orthodoxis Ecclesiæ iudiciis & scholasticorum Theologorum, tum  
Iurisconsultorum resolutionibus scitu perutiles latè & copiosè disputantur

**López, Luys**

**Lvgdvni, 1588**

An inuoluntarie tractus ad ludum vi aut importunitate possit lucrari, & an  
lex Matritia impediatur dominium in pecuniam creditam. Cap. XXXVIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41259**

stione loco citato quod tunc cum eo colludens, & eam pecuniam lucri faciens, ab ea restituenda non excusatur: quia si praelatus sciret in vsus illicitos talē pecuniam fore profundendam talem licentiam non impartiret, imo ideo eam ad vsus licitos restringit expresse.

¶ An involuntarie tractus ad ludum vi aut importunitate possit lucrari, & an lex Matrilia impediat dominium in pecuniis creditam.

C A P. XXXIII.

¶ Am de vi, & fraude commissā in ludo: quatenus principia possunt esse restitutionis venit à nobis agendum.

¶ Quare quæritur, an qui vi, vel timore, vel importunis precibus adactus est ad ludendum, aliquid possit perdere, quod alius lucrans licite possit sibi retinere. Et quidem quæstio hæc perplexa est satis, nam Victoria, & Alcocerus tenent talem sic etiam importunitate attractam nihil posse lucrari, quia cum æqua debeat esse conditio ludi, si attractus ex importunitate precum, vel ex pudore sibi injecto, si non ludat, quia inuitus accessit ad ludum: alius quicum sic attraxit, nihil ab eo potest lucri facere, ergo neque ipse sic attractus ab eo poterit aliquid lucrari.

¶ Igitur pro resolutione quæstionis statuitur prima conclusio, qui alium vi, vel fraude, vel importunis precibus alias non lusurum, neque paratum ludere attraxit, si quid lucratus sit ab hoc sic inuitè ad ludendum tracto: ei restituere tenetur, quia vi ait Metiſa in sua instructione non solum dicitur vi pertractus ad ludum: qui pugione sibi ad pectus applicito cogitur ludere, sed etiam qui per verba sibi dicta taliter instigatur ad ludum, quod suffunditur pudore, nisi ludat: quia eum prouocantes vilis conditioni, & aggressi, eiusque miseriam tribuunt, quod nolit ludere, hoc ei improperantes. Hæc conclusio patet, quia tunc ille sic attractus quidquid perdit, inuitus amittit.

*Hæc est  
D. Thomæ  
sententia  
contra  
Adrianū scribit  
Sotus.*

¶ Secunda conclusio, securior opinio, est opinio Alcoceri, & Victoria, & Magistri Bañes quod timore vel rubore tractus ad ludum, quia miseriam & vilitati sibi tribui-



tur quod nolit ludere non potest quidquam in ludo ad aduersario lucrari: quam conclusionem sufficienter probat ratio præadducta, scilicet quia æqua debet esse conditio ludi: si non potest sic pertractus perdere, quod neque etiam possit acquirere lucrum. Nam iuxta regulam iuris

*b. Ad e-  
regula habe*

*tur in reg.*

*jur. Secūdi*

*naturā est*

*cōmoda cu*

*inseunque*

*rei eum se*

*qui, quem*

*sequuntur*

*incommo-*

*da. & pro-*

*bat. §. cum*

*autem. de*

*emptio. &*

*rendit. &*

*simil. tra-*

*duntur in*

*d. reg. qui*

*senti. li. 6.*

*b. qui sentire debet commodum, debet sentire & onus.*

¶ Tertia conclusio sufficienter quoque probabilis est & secuta opinio opposita, scilicet quod talis sic timore

vel rubore ad ludum tractus licet nō possit perdere, possit tamen quæ ipse lucrifecerit, bona conscientia retinere. Hæc est Metinæ Complutensis & Magistri mei doctissimi fratris Dominici de Cuevas, & doctissimi fratris Gasparis de Vzeda prælectoris Salmanticensis apud sanctum Franciscum est, vel videtur esse fratris Iosephi in suis floribus qui licet primam Victoriam non referat istam vitimo loco ponit. Huic credo magis accedit

uarrus, nam nonnulla eius fundamenta, quæ adduxit probaturus quod minor potest in maiori summa lucrari quod possit in ludo perdere: huic conclusioni possunt adaptari

vide supra, & probatur primo, ratione Metinæ Complutensis: quia scienti & volenti non fit iniuria: sed qui pertrahit vi, timore, fraude, importunitate alium ad ludum

sciens, & volens vult soluere à se perditam: ergo ei alteri recipiendo, atque retinendo non facit iniuriam.

¶ Secundo patet quia contractus minoris secundum iura sine autoritate curatoris, aut tutoris initus valet in quantum redundat in minoris, seu pupilli commodum, & non valet in quantum in eius cedit incommodum: ergo pari ratione contractus ludi poterit valere, quantum ad lucrum, quod inde vi attractus ad illum reportat, & non quantum ad iacturam, si in illo aliquid perdidit.

¶ Tertio, quia talis translatio lucri in sic vi pertractum nulla lege præpeditur. ¶ Item quarto, quia vi pertractum alium ad ludum ipse liber ad ludum accessit: ergo translatio in ludo per illum facta valebit. ¶ Item quinto, quia vitens cartis falsis in ludo non potest lucrari à collusore: tamen collusor bene potest lucrari ab eo, sic in proposito contingit idem vel simile. Igitur si sic pertractus aliquid lucrifecerit in ludo, quod restituere renuerit, non est ab absolutione repellendus, præsertim si sit pauper, & per



& pertrahens diues, quia censendus est voluntarie dedisse, & potissime, quia habet pro se opinionem probabilē.

¶ Preterea hic iam nos preoccupat illa ardua quæstio in qua mallem esse me discipulum, quam docere, scilicet an lex Matritij edita taliter prohibeat in pecuniam creditam ludere, quod non solum executio obligationis, & promissionis promittentis eam soluere prohibeatur in iudicio, sed etiam in conscientia impediatur translatio dominij illius pecuniæ sicuti in actione pupilli. Etenim Sotus loco citato sic ait vi reor inquit talis lex impedit translationem dominij, sicut in actione pupilli, quate qui promiserit non tenetur soluere, quod si soluerit, iam alter in conscientia ante repetitionem tenetur restituere Idem asseuerat Medina <sup>c</sup> dicens quod in ludo, ubi luditur sub pignore, vel in creditam pecuniam, si quid solum est restituendum est. Rationes quæ hanc sententiam probabilem reddunt, licet ipsi doctores prædicti aliam rationem non reddant, quam verba legis annullantis huiusmodi obligationes, & promissiones possunt excogitari hæc. Primo cum expresse per legē talis obligatio, & promissio annulletur, & virtute contractus irriti nullum transferatur dominium: quia nullo titulo transfertur, tunc deficit iustus titulus, ergo ratione istius obligationis vel promissionis irritæ acceptum non potest retineri, & restituendum est secundum Cordub. <sup>4</sup> in suo quæstionario. q. 32.

Q. I.

*c Met. in sua instr. fol. 154.*

*d Cordub. in suo quæstionario. q. 32.*

¶ Secundo, quia iam per aliam legem concessa erat facultas intra octo dies repetendi amissam pecuniam in ludo: ergo lex hæc Caroli quinti Matritij edita annullans promissiones ludentium in pignora, vel pecuniam creditam, aliquid maioris vigoris superaddit, nempe quod non solum possit repetere, ac per consequens eam non soluere, sed & quod accipiens in conscientia virtute nullitatis promissionis, & obligationis teneatur illam restituere ante repetitionem.

¶ At in contrarium sunt non aspernendæ rationes: sed apparentes hæc, scilicet quia lex impediens translationem dominij in contractibus est odiosa: ergo nulla lex quæ istam translationem verbis expressis, aut cōsuetudine sic interpretante non impedit; nō sic est interpretanda

¶ ¶ lareius

Ludo ab  
inter pro  
ie cond  
od nequ  
am iur  
onus.  
bilis ed  
timon  
ere, pot  
a retuo  
mei do  
simi ha  
sis apud  
Ioseph  
refuer  
edit Na  
uxit pro  
rari qui  
adapui  
Complu  
qui per  
ludum  
altera  
cundam  
valet  
modum  
um: et  
uantur  
rrat, &  
derit.  
tractum  
trahent  
translat  
to, qui  
illuson  
ropoli  
tus it  
is, non  
pauper  
& per



late: vt impediatur transferri dominium, quia odia sunt re-  
 e Favores stringenda. \*

¶ Secundo quia ista lex Matritica anno domini 1528,  
 edita vbi pronuntiantur pro nullis huiusmodi promil-  
 siones, & obligationes, & executioni mandari probi-  
 bantur, solum videtur eas irritare in foro exteriori: ne-  
 que expresse in conscientia impedit dominij translationem  
 pecuniæ creditæ in ludo. Ergo semel si fuerit soluta,  
 non est restituenda ante repetitionem.

¶ Item tertio arguitur, quia si in conscientia, irrita-  
 tio harum promissionum, & obligationum in creditam  
 pecuniam ludentium, dominij translationem impeditur  
 pro bono communi ( vt fertur ) sequitur quod etiam cum  
 se iuramento astrinxisset eam soluere, ab ea soluenda ha-  
 beret maneret. Quod, vt statim dicemus, est contra sententiam  
 Nauarri, & contra caput. i. de iureiurando: sequela patet  
 quia si iurat rem irritatam pro bono communi, non po-  
 test illam iuramento firmare, sicut neque posset legi pro  
 bono communi editæ secundum Sotum renunciare.

¶ Item est argumentum ad hominem contra Sotum,  
 quia non est regula generalis quod omnis lex irritans  
 contractum & tollens obligationem soluendi, in conscien-  
 tia præpediat translationem dominij. Patet, nam lex testa-  
 mentorum circa eorum solennitatem stabiliens, testamē-  
 ta minus solennia irritat: & tamē ipso Soto <sup>f</sup> restante nō  
 impedit translationem dominij, quia ipse Sotus fateatur,  
 quod qui quod hæres, vel legatarius institutus minus solenniter  
 per testamentum minus solenne: si apud se hæredita-  
 tem habeat: potest bona conscientia retinere, nec tene-  
 tur eam alteri tradere, nec hæredi legitimo antequam  
 se repetatur. Ergo à simili pecuniam creditam à ludente  
 & eam perdente vltro solutam eam lucrans, & recipienti  
 non tenebitur ante repetitionem soluenti reddere.

¶ Deinde quia legi naturali derogare non debemus,  
 vbi lex positiva eam limitans in parte expresse nō dero-  
 gat, sed de iure naturali est: & iure naturali conceditur  
 quia id naturale est: per suam voluntatem trāsferre domi-  
 nium rei, in alium eius dominium, & expresse in hoc ca-  
 su non impedit prædicta lex translationem dominij: ergo  
 cum dominium sit translata in istius pecuniæ, ante repe-  
 titioem

f Innoc. in  
 c. quia ple-  
 rique. de  
 immunit.  
 eccles. vñ  
 ait obiter  
 verbum. s.  
 quod qui  
 per contra-  
 ctu, cui de-  
 ficat solen-  
 nitas iuris  
 aliquid  
 possidet,  
 tenetur ad  
 restitutio-  
 nem talis  
 enim cōt. a  
 Elus nullus  
 est in con-  
 scientia.



tionem non est restituenda.

¶ Ecce hæc argumenta prædictam opinionem Soti, & Metinæ videntur reddere dubiam, quare pro resolutione quæstionis subiiciamus has subsequentes propositiones.

¶ Quarum prima sit, nulla alia lege etiam prohibente, sola stante lege de repetendo in ludo amissum, intra octo dies, perdens in ludo ad solutionem perditum non tenetur: hæc est fratris Iosephi in suis floribus: videtur esse Nauarri loco citato, vbi solum obligat soluere promissum in ludo perditum quando ad id iuramento se atrinxit, est Soti loco citato, & patet, tum quia postquam in iudicio potest repetere, non obstante quod de iure naturali promissum est implendum, si tantum simpliciter hoc est sine iuramento pollicitus est se soluturum: poterit via mutue compensationis retinere. Tum quia secundum Sotum non nisi simpliciter pollicitus est soluere, non est visus renuntiare iuri suo quod habet ex beneficio civilis legis repetendi: atque ideo potest in conscientia in iudicio se defendere, vt non soluat, neque facit contra ius naturæ, licet inter nobiles daretur ei opprobrio.

¶ Secunda conclusio, quidquid alij dixerint conformis est iuri & rationi, quod lex prima, titulo secundo, libro octauo ordinationum regalium solum obligat milites ludentes ad aleas, & tabulas, & in regno Castellæ degentes ad restitutionem acquisiti per ludum. Hæc conclusio est fratris Iosephi: circa hoc tamen nihil concludit Nauarrus cum citet Adrianum & asserentem id ipsum esse seruandum de iure communi in alijs regnis, & addit Didacum Couarruuiam id efficaciter probare, sed nihilominus quidquid sit de iure communi, nos de iure speciali Castellæ loquimur. Ideo probatur quia leges curiæ Castellæ aliqua alia regna inuictissimo regi nostro Philippo subiecta peculiaria statuta vel leges, ex privilegio habent, quale est forte Neapolitanum regnum, & Flandrensis principatus non obligat: nisi aliter per regem, & per ipsam aliquibus casibus sit dispositum.

¶ Tertia conclusio, non obstante tali lege Matritij annullante promissiones, & obligationes ludentis pecuniam ad creditum, & eam in ludo perdentis: si qui eam pecuniam ludo amiserit dixerit collusori lucranti: en tibi

n 5 centum

*g. Adrian.  
in 4. de re-  
stit. q. 12.*



centum argenteos, quos à me est lucratus, licet non est sem tibi obnoxius ad eos soluendos, sed gratia meum complendi verbum tibi eos dono: tunc si collusor eos recipiat non titulo ludi, sed quia sibi donatur: tutus manet in conscientia ab eorum restitutione. Hæc conclusio est Metinæ in sua instructione, est etiam Soti loco allegato ubi ait quod posset fieri libera donatio: quamuis semper suboleret fraudem. Imo Victoria asseruit quod qui in ludo licito aliquid perdidit tenetur soluere quia aliter esset inæqualitas velle lucrari, & velle à se perditum non soluere si crederet alium bona fide sibi soluturum, sed de hoc si animo soluendi lusit hoc non obstat, quia si vult in beneficio legis quando lusit in pecuniam creditam, poterit licite sic perditam non soluere, quia lex Martij condita huiusmodi promissiones in ludo factas irritat dum luditur non præsentem pecuniam.

¶ Quarta conclusio, si quis sub pignore, vel in creditam pecuniam ludens à collusore aliquid lucratus est ubi perdens iuravit se soluturum, quia sic iuravit, tenetur soluere pecuniam amissam non obstante lege annullante promissiones huiusmodi. Hæc conclusio est Nauarrum citato sed tamē secundum ipsum potest perdens iste iurans soluere, postea solutam repetere. Probat eam à simili, sicut promittens soluere vsuras non tenetur eas soluere si iurauerit, & tunc solutas repetere potest. Ita iurans soluere in ludo perditam, potest petere absolutionem ab iuramento, qua obtenta non tenebitur soluere. Imò sicut iurans soluere vsuras, potest petere absolutionem, antequam soluat: quia obtenta non tenebitur soluere. cap. i. de iureiurando.

*h. cap. de iur. iur.*

*i. De vsur.*

*C. tit. 32.*

*k. l. Mu-*

*lurib. C. ad*

*seru. d. i. c. o-*

*stulū. Vel*

*loram. C.*

*ff. cond. l. i.*

*§. c. quum.*

rationem, qua obtenta non tenebitur soluere. Hæc conclusio Nauarrum videtur contra Sorum, licet non tam clarum qui ait legi annullanti has obligationes vel promissiones non posse promittentem renuntiare, quia hæc lex data est non solum in fauorem illius, sed in bonum communi. Sed hæc ratio Soti non videtur multum probabilis, quia lex de non soluendis vsuris, & lex Velleiana de muliere verita: dum est coniugata præsertim fideiubere in contractibus, sunt in bonum communi.

tamē



tamen per iuramentum possunt eis renuntiare, contra-  
hentes ergo similiter legi illi.

¶ Sed postea quis instantius hic utgere arguendo quod  
iuramentum contra bonos mores non obligat, ergo nec  
istud iuramentum de soluenda pecunia credita amissa in  
ludo obligat: cum videatur contra bonos mores. Cui argu-  
mento respondemus primo, quod licet ludere cum cir-  
cūstantiis mortalibus sit contra bonos mores, sed lude-  
re sine illis potest esse licitum: & non contra bonos mo-  
res: pertinereque ad virtutem eutrapeliæ. Secundo dicitur  
licet ludere ludo illicito sit contra bonos mores: sed  
non est contra bonos mores de se, ibi in ludo perditā solue-  
re. Sicut coire cum meretrice est contra bonos mores:  
sed postea post copulam si iuramento promissum pro  
copula solvatur, ut fecit Iudas cum Tamar nuru sua,  
contra bonos mores non est, sed opus fidelitatis ser-  
uanda.

¶ Sed quid quando inter promittendum non interfuit  
iuramentum soluendi in ludo perditum, an sic solutum  
sibi teneatur lucrans restituere: quando lusum est impi-  
gnorata fide soluendi, hic totus nervus difficultatis re-  
feratur.

¶ Pro hoc sit. s. conclusio, licet opinio Soti & Metinæ  
Salmanticensis præmemorata tutior sit, scilicet quod non  
interueniendo sed obligatione, vel pollicitatione simplici  
de soluenda pecunia credita vel absentis si amittatur in lu-  
do, si fuerit iam soluta, sit in conscientia restituenda: sed ta-  
men qui noluerit eam restituere ante repetitionem non  
est damnandus, sed neque ab absolute repellendus,  
præsertim si lusit cum nobili perdente, & sibi postea sol-  
uente. Hæc conclusio patet quoad primam partem,  
quia propter auctoritatem grauissimorum doctorum,  
quales sunt Medina, & Socus puto esse tutius, & quia de  
se est tutum opinionem illorum sequi. s. quod ante repe-  
titionem sic solutum sit restituendum.

¶ Sed quia contraria sententia argumeta pro se habet  
non despicibilia iam supra ad ducta, & quia videtur esse  
opinio Nauar. & Bañes cathedratici Salmanticensis meri-  
tissimi qui ait super 2. 2. hanc legem non esse vsu receptam. s.  
de non ludendo in pecuniam creditam. Imo insinuat quod  
postquam

*I Sum. lat.  
cap. 19. m.  
me. 18.*



postquam sic eam lucrans acquisiuit neque perdeni potenti eam priuacim tenetur reddere. Ideo non auctus sum ad sibi solum lucrantem ante repetitionem restituendum condemnare: neque si non restituit, ideo indignum absolutione reputare. Quod autem pro hac secunda opinione contra Sotum, & Metium ibi Nauarrus sentire videatur: patet ex eius verbis fideliter hic expressis: vbi sic ait, secundum vtriusque opinionem, quidquid dicat Parnormita, in dicto cap. clerici, & in cap. quia plerique, de immunitate ecclesie: & Gabriel, nemo lucrifacit in ludo etiam illicito ab eo, qui donare potest ea, quae perdidit absque metu, dolo, & fraude, tenetur restituere de praeco-

m Th. 22. pro etiam pauperibus: vt satis sentit vterque Thomas, 9. 32. art. 7 & explicant Maior, & Adrianus, & Caiet. Tum quia ad 2. nihil accipit contra iustitiam: cum non accipiat inuito domino Caiet. in sum. verbo. L. 11. quia neque quod sponsonibus sine fraude lucrifit, neque quod emprionibus, & venditionibus in diebus festis, aut locis sacris, quamuis in eo mortaliter delinquatur, est necessario restituendum, non obitante illo peccato iuxta glossam singul. o.

o c. decet. §. cessent. de immunitate eccles. in 6. ¶ Ecce ex illis duabus sententijs Nauarri hic contrariis coniecitur esse huius sententiae. Tum quia loquitur post mentionem factam de lege Marritica iam dicta annullata huiusmodi promissiones soluendi in ludo factas. Tum quia primo ait quod est lucrifacitum in ludo etiam illicito, qualis est ad pecuniam creditam a potestate donare: quod perdidit absque metu, dolo, & fraude non esse restituendum. Tum quia ne quis obijceret quod Nauarrus loquitur hic quando luditur praesenti pecunia, & non ex sponsonibus postea soluendi, ideo adiecit Nauarrus quod neque quod sponsonibus, id est, promissionibus soluendi lucrifit, est necessario restituendum: quidquid sit de peccato. Quid clarius? quia inquit non fit contra iustitiam cum inuito domino non sit acceptum: tum etiam quia praedicta lex a fide digno, & docto memini me audisse quod in obseruatione non fit apud nobiles: eo quod de decore sibi ducant, si promissa non soluant. Neque sane constat si in foro exteriori sit vsu recepta, & esto ibi vsu recepta quantum ad non mandandum exequutionem.



has promissiones, nihil contra nos.

¶ Respondetur iam tandem ad argumenta Soti in cōtra ad. i. ex mente eius p̄ quod sicut ipse ait de contractibus minus solennibus, qui iure sunt irriti: quod iura humana nihil aliud volunt quam quod in iudicio tales contractus habeantur nulli: non autē quod ipso facto trāslatio sit nulla: ita dico prædictam legē Matritij nihil aliud voluisse: quam quod tales promissiones in ludo factæ solvendi perditæ in iudicio habeantur nullæ & executioni non mandentur, non autem quod sic promissum, si lucrifactum fuerit, & solutum, quod ipso facto translatio sit nulla, eius sententiæ est frater Iosephus circa interpretationem harum legum annullantium cōtractus, quando expresse vel ex v̄su interpretante non impediūt translationem dominij.

¶ Ad secundum argumentum dicitur, quodd lex hæc Caroli quinti annullās has promissiones in ludo nō fuit edita frustra. Tum quia per legem aliam solutum non poterat repeti nisi infra octo dies. At vero lucrū pecuniæ absentis iam lucranti solutum forsitan ratione nullitatis promissionis, potest repeti post octo etiā transactos dies. Tum demum quia lex regis ¶ Ille fonsi cauerat, vt omnis premissio, vel obligatio etiā facta inter absentes, qua alterum alteri se voluisse obligare constaret valida esset. Igitur exceptio istius legis fuit lex Caroli qua cavuit promissiones solvendi absentem pecuniam in ludo perditam nullius esse roboris, vel momenti, neque executioni esse mandandas, quare ista lex non est lara frustra, sed de his satis.

p̄ Sot. de iust. & iure lib. 4. q. 5. art. 3.

q̄ Hæc lex refertur in recopil. nova leg. Hispan. l. 2. li. 5. tit. 10.

¶ De imparitate, & deceptione interveniente in ludo, & de sponsionibus, & de lucrifactu in ludo à suis familias.

CAP. XXXV.

¶ Am finem imposturi materiæ ludi: ne quid intracitum remaneat: reliquas hic prosequemur quæstiones, de illa primo inquirentes, Si alter ludentium sit peccatissimus per suamque peritiam aliquid lucratus fuerit, an illud restituere teneatur? Pro decisione quæstionis subiicimus hæc dicta quorū primū sit, quando ambo colusore<sup>s</sup>

Q. 6. 1.